



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. X. De relapsis in hæresim, corùmque pœnis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. X.

De relapsis in hæresim, eorundemque pœnis.

Relapsi propriè & rigidè loquendo dicuntur illi, qui postquam de hæresi, quam profitebantur, in iudicio convicti, aut confessi, illam abjurarunt, sive iuramento damnarunt, & execrati sunt, in eandem iterum inciderunt, ita ut de novo in iudicio de illa convicti legitimis probationibus, vel confessi fuerint eam. Sunt quidem etiam alij modi, quibus relapsus aliquis, ex præsumptione saltem juris censetur, de quibus videri potest h. l. Auð. Metho.

Et quamvis juxta *c. Ad abolendam* 9. §. Illos quoque h. t. pœna relapsorum sit, ut sine ulla penitus audientia, seculari Judici relinquatur puniendi, quia pejus & periculosius est, reincidere in hæresim, quam primò incidere, in *c. tamen super eo* 4. in 6. non vult Ecclesia, illis negari Sacramenta, si pœniteant postea, & manifesta dent signa pœnitentiæ, ac humiliter petant Sacramenta.

SECTIO IV.

De filiis hæreticorum, & de credentibus receptoribus, defensoribus, & fautoribus eorumdem, ac pœnis.

§. I.

Quas pœnas incurrant filij hæreticorum.

R Plures quidem esse in jure statutas, cum tamen nulla earum ple-
Bbb bb z rum.

Cœnz revocatæ non sunt, saltem respectu Episcoporum, in regionibus ab urbe remotioribus, in nostra Germania v. g. propter difficultatem adeundi Pontificem pro absolutione, & multitudinem absolvendorum, ita ut, cum nulli sint in nostris partibus Inquisitores hæreticæ pravitatis, vi juris communis etiam absolvi à sua hæresi, & excommunicatione hæretici possint per Episcopos nostros, aut ab illis de puratos; ita etiam videtur probabilis esse, sub generali concessione solvendi à reservatis in Bulla Cruciata, vel Jubilæi, non comprehendi facultatem absolvendi ab hæresi, sed debere hanc facultatem specialiter exprimi juxta *reg. 81. in 6. in generalis concessione non veniant ea, que quis non esse verisimiliter in specie concessurus, qualiter verisimile non est, quod velit per generalem concessionem, tot legibus in favorem fidei datis derogare Pontifici.*

SECTIO III.

De aliis pœnis hæreticorum.

Plures aliæ pœnz per variâ hujus Tituli capitula statuuntur, quæ quia in nostra Germania parùm observantur, videtur plerisque contraria consuetudo, aut fœdera inter Lutheranos & Catholicos v. g. inita, pro bono pacis, derogasse, ut non sit necessaria ulterior eorum mentio. Videatur Auð. Meth. per 9. hujus Sectionis §§. fuis eas explicantes.